



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Emblema III. tabul[a]e ad dextram. De institutione ieiunii Aduentus ante Natalem Domini.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

Emblema III. Tabulæ ad dextram.  
De institutione ieiunij Aduentus ante Na-  
talem Domini.

*Vt predicaretur ante faciem Aduentus eius Sacra-  
mentum pœnitentiæ omni populo.*

*Actor. 13.*



ERTIO Emblemate, quo Christus Dominus, supra Iridem sedens, iudicaturus uiuos, & mortuos cernitur, institutio ieiunij Aduentus demonstratur; quod Diuus Gregorius per quatuor Dominicas tali celebravit, & celebrari iussit, sacramento, ut homo, qui quatuor consistit elementis, per quatuor hebdomadas, eius expectet aduentum: quem per tres ordines librorum, legis, scilicet, Prophetarum, Psalmorum, olim promissum; & per quartum, id est, Principium Euangelij, Angelo sanctæ Mariæ semper Virgini conceptus, ac Natiuitatis eius ordinem nauante, ad salutem humani generis certissime sciunt huic mundo præsentatum. *Amalarius de diu. Offic. lib. 3. c. 40.* Quod ut dignius, & maiori cum deuotione à fidelibus celebratur, totum officium, tam Dominicarum, quam Feriarum, (Responsorio solo, Aspiciens a longe, quod ab alio quodam monacho compositum fuisse Ioannes Belet cap. 58. attestatur excepto) de nouo compositum, eis decantandum præbuit. *Rat. diu. lib. 6. capit. 2. & 3.* Quod institutionis sacramentum in hodiernum diem in factos sancta Ecclesia permañsit.